

Johann Cothmann

**Programma in Exequiis Johannis Deichmanni, Viri ... Dn. Eberhardi Deichmanni,
I.U.D. & Areopagi Megapolitani nec non iudicii Ecclesiastici Advocati
Vigilantissimi filioli. Propositum**

Rostochii: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777440652>


Druck Freier  Zugang




Cothman, J.,
in
Johannis **E. Deichman.**

Rost. 1627.

30





PROGRAMMA

in Exequijs

JOHANNIS
DEICHMANNI,

Viri Clarissimi & Consultissimi,

DN. EBERHARDI DEICHMANNI,
J. U. D. & Areopagi Megapolitani nec

non judicij Ecclesiastici Advocati Vigi-
lantissimi filioli.



Propositum.



ROSTOCHII

Excusum in JOACHIMI PEDANI Typographia.

Anno M. DC. XXVII.

ROGGE ANNA

1780

JOHANNES

JOHANNES

DR. MEDICINAE

WILHELMUS





RECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiae Licentiatus
& Professor.

Dependentia naturalis liberorum erga parentes, ac reciprocè parentum erga liberos passim extant tum argumenta in naturâ fundata; tum exempla historiarum monumentis comprehensa. Argumenta quod attinet, certum est, quemadmodum aliàs morum similitudo vera ac solida amicitiae basis dicenda; ita & hîc ejusdem substantiae convenientia ^{superius} paternæ fundamentum est. Quod ergò Apostolus de societate ^{conjugii} inquit: viri debent diligere uxores suas, ut sua ipsorum corpora, qui diligit uxorem, se ipsum diligit. Nullus enim unquam suam ipsius carnem odio habuit, imo enutrit ac fovet eam. Id

A 2

socie.

societati ^{re} accommodare non erubescimus. parentes ergo debent diligere liberos, ut carnem propriam, ac vice versa liberi parentibus honorem deferre coguntur, tanquam post Deum, vitæ auctoribus & conservatoribus, quiq; plurima illorum causa passi sunt, adeo ut nunquam parentibus par possit referri gratia. Id Spiritus Sanctus haut dubiè indicare voluit, quando præceptum Decalogi quartum primum esse ait in promissione. Exemplum summi amoris paterni historia Ecclesiastica commemorat hisce verbis: Mercator pro filiis suis duobus captis seipsum offerens, orabat ut filiis servatis ipse interficeretur: & in ejus facti mercedem auri quicquid habebat multibus pollicebatur. Illi calamitatem hominis miserati, pro uno ex filiis, quocunq; vellet, supplicationem admittunt: duos verò dimittere tutum sibi non esse dicunt, ob id, quod numerus deficeret. Pater itaq; utrumq; lamentabundus ac plorans intuitus, neutrius electionem facere sustinuit, sed in continuâ hesitatione, donec interficerentur ambo suspensus mansit, equali utriusq; amore victus. Aliud exemplum & valde quidem illustre affectionis erga parentes filialis prophana nobis suppeditat historia. Aneas valde commendatur, quod flammis Univerſam Trojam populantibus, in valido patri humeros subincurvarit.

Quam.

Quam pietatem poeta hisce versibus expressit :

Eja age chare pater, cervici imponere nostræ
Ipse subito humeris, nec me labor iste gravabit
Quo res cunq; cadent unum & commune periclitū
Una salus ambobus erit.

*Nec praterendum esse autumogentes lege prescri-
pta carentes, legis tamen inscripta beneficio utriusq;
parentis distinctam facere mentionem. De patre
inquit comicus: egone patri snrripere possim quic-
quam? canto seni. Atq; adeo si facere possem, pie-
tas prohibet. Idem de matre ait: Hoccine est pie-
tatem colere, matris imperium minuere. Et alius
inquit: Matris ferre injurias, pietas jubet. Ex
dictis hæctenus evidenter claret societatem illam,
quam politicus πατριον indigitat arctissimo propen-
sionis vinculo esse adunitam. Quemadmodum
ergo illa quæ arctè conjuncta sunt, non tam facile
separantur; ita & hæc societas non sine maximo do-
lore dissolvitur, cujus rei exemplum nobis præbent
præsens funeris mæstissimi parentes: Quorum
luctus, recordatione funerum filiorum P E T R I &
E B E R H A R D I superiori anno hoc eodem mense
elatorum redintegratur. Præsertim cum subit cogi-
tatio mentem defunctum nostrum fuisse primo geni-
tum, proindeq; stylo scripturæ dilectissimum. Nec
id solum, verum etiam filium frangi & magnæ spei*

A 3.

Ex-


Exspectationis, qui pro ratione istius tenellæ etatis
nō contemēda studiorum habebat initia. Natus
autē est defunctus noster JOHANNES DEICH-
MAN, 4. Maij media octava vespertina Anno
1622. Et 7. ejusdem mensis Sacrosancto Baptisma-
tis lavacro, ordinario regenerationis à Deo consti-
tuto medio renatus, ac in regnum gratiæ transla-
tus est. Avum paternum habuit cognominem
civem Reipub. Osnabrugensis integerrimum; A-
viam verò MARGARETAM Bördinges/
matronam honestissimam. Avus paternus fuit
vir spectatissimus P E T R U S Börding/
civis Et centumvir hujus Reipub. honoratissi-
mus, ac adis B. Johannis prefectus vigilantissimus.
Avia Materna MARGARETA Balcman-
nes/matrona singularibus virtutibus exornata, ac
ex Battorum Et Bachmeisterorum prosapia oriun-
da. Parens ipsi fuit vir Clarissimus Et Consultis-
simus Dn. EBERHARDUS Deichman J. U. D.
eximius Et Arcopagi Megapolitani, nec non judi-
cij Ecclesiastici Advocatus dignissimus; Mater
verò MARGARETA Bördinges femina le-
tissima. - His parentibus ac Majoribus prosemi-
natus noster defunctus vel suo exemplo verum esse
comprobavit: pomum non procul à stirpe cadit. Nam
statim ac succrevit, feliciter prima studiorum rudi-
menta


menta jecit, ac quoniam timor Domini initium est
sapientia, Psalmos Davidicos memoria tradidit,
Et ad mensam stans recitavit, aliasque preces,
quoties surrexit, ac dormitum ivit, quin Et ipsa
Megalandri nostri Lutheri precepta catechetica
articulata voce pronuntiavit, eo etiam tempore
quando graviter decumberet. In ipsa statim infan-
tia ingenij edidit specimina. Nam non solum
declinationes ac conjugationes latinas exactè calluit,
Et sexenta insuper vocabula memoriter sine ulla ti-
tubatione recitare valuit, verum literas quoque me-
diocriter pingere, ac quemlibet typum sive latinum,
sive germanicum legere potuit. Unde mæstissimus
parens de hoc suo filio non exiguam spem concepe-
rat. Et procul dubio, quod Aeneam poeta fecisse ait:

Omnis in Ascario chari stat cura parentis,
idem Et hic factum esse omnino censeo. Ut autem
flores quo generosiores, eò maturius sapius flacce-
scunt, idem Et nostro defuncto contigit. Incidit
enim 23. Septemb. in variolas quæ pedissequam ha-
buere febrim malignam. Natura quidem in tenel-
lo corpore vegeta ad expulsionem variolarum in-
surrexit, nec successus defuit, nam innumerabiles
protrusit. Tandem tamen saepe oppugnata die decu-
bitus undecimo, qui erat 3. Octobr. expugnata, de-
functus noster placidissimè Nomen Jesu ingeminan-
do,

do, purpuream animulam inter parentum aliarum-
que matronarum honestissimarum preces exhala-
vit, & ex hac calamitosa vita, ad alteram celestem,
omnis amaritudinis expertem transit.

Constituerunt autem mœstissimi parentes de-
functo suo filiolo hodie hora prima facere exequias,
quapropter cives Academicos omnes & singulos
qua possum humanitate & diligentia rogatos & ad-
monitos volo, ut ad testificandam erga mœstissimos
parentes benevolentiam & condolentiam, funebrem
deductionem frequentes cohonestare hant graventur.
Agite ergo cives Respub. nostra literaria ex-
cellentissimi ac doctissimi dictâ horâ in templo Ma-
riano convenite, quo erga parentes ac totam splen-
didissimam familiam sitis animo, ipso facto & ope-
re ostendite. Insuper etiam mortis horam semper
ob oculos ponite. Inter spem curamq; timores in-
ter & iras, omnem crede diem tibi diluxisse supre-
mum. In prasenti quoq; totius Europæ incendio,
ac metuenda *παιολετρία* pro avertenda vel saltem
mitiganda pœna devotas ad Deum preces fundite.
P. P. Rostochij sub sigillo Academia 7. Octobr.
Anno 1627.







menta jecit, ac quoniam timor Domini
 sapientia, Psalmos Davidicos memo
 Et ad mensam stans recitavit, aliasque
 quoties surrexit, ac dormitum iovit, quod
 Megalandri nostri Lutheri praecepta c
 articulata voce pronuntiavit, eo etiam
 quando graviter decumberet. In ipsa
 tia ingenij edidit specimina. Na
 declinationes ac conjugationes latinas e
 Et sexenta insuper vocabula memorite
 tubatione recitare valuit, verum liter
 diocriter pingere, ac quemlibet typum
 siue germanicum legere potuit. Unde
 parens de hoc suo filio non exiguam sp
 rat. Et procul dubio, quod Aeneam poe

Omnis in Aescanio chari stat cura par
 idem Et hic factum esse omnino censeo
 flores quo generosiores, eò maturius
 scunt, idem Et nostro defuncto conti
 enim 23. Septemb. in variolas qua pe
 buere febrim malignam. Natura qui
 lo corpore vegeta ad expulsionem va
 surrexit, nec successus defuit, nam in
 protrusit. Tandem tamen saepe oppugn
 bitus undecimo, qui erat 3. Octobr. ex
 functus noster placidissimè Nomen Jese



the scale towards document